

bus, in loquela, in voce, in intuitu referre progenitores, aut fratrem referre fratrem; unde Nestor apud Homer. *Odyss. lib. 3.* Telemachum alloquens inquit:

Si vere

Illi filius es; admiratio me habet intus, et non verba similia sunt, neque dices, Virum juniorum adeo concinna fari.

Et quarto ejusdem Melelaus Pilistrato.

Talis, natus, & patris es, qui & genitricem loqueris. Non fecerit etiam Virg. Aeneid. lib. 8. Euandrum introdit Aeneam ita alloquenterem:

Vt te, fortissime Teucrum,

Accipio, agno quoque libens, ut verba parentis, Et vocem Anchisi magni, vultusque recordor.

Et Torq. Tali. Cont. 3. l. 61.

O quanto di sembianze à lui somiglia! Se ben aliquantus de flavo a cade.

E Baldeon (rispondere), è ben si scopre.

Nel volto à mi fratel, ma più ne l' ope.

Et Ovid. Metamorph. lib. 2. de Floris:

Faces non omnibus una,

Nec diversa fames, qualem decet esse sororum.

Constat autem, & probat abunde Gal. in lib. Quod Anim. mor. corp. temp. seq. class. i. mores non aliunde

28 hominem habere, quam ab eadem corporis temperatura, ubi ergo similes mores conficiuntur, 29 similiem argui possit temperaturam corporum non negandum, quod & in hominibus ejusdem regionis manifestum fit, quod si enim temperamento calidores, & ad adiunctionem vergentes ut Hispanos animal videbis elato, superbo, quod si ut Italos certis magis temperatos prudentes, & sic de reliquis. Cum ergo filii assimilentur parentibus, ut dixi, etiam in moribus, dicendum etiam in temperatura convenire, & similes esse, & idcirco etiam in externa effigie illis assimilari.

Denique ex similitudine sanitatis, & morbi potest etiam argui temperamenti similitudo, & ab hac naturaliter effigie: nam parentes nonnullis morbis obnoxii filios eisdem morbis obnoxios procreant, contra fani fanos generant; idcirco ut plurimum Epilepticum, Melancholicum, tenetos henosum, Hepaticum, calculosum, podagricus podagricus podagricum, & robustus robustum generant, quae morborum, & sanitatis similitudo non aliunde provenire potest, ut nihili videtur, quam à Naturali partim temperie, aut intemperie.

30 Objicies tamen, multos iisdem animi moribus dotari, ac iisdem morbis, quibus parentes tentabantur, obnoxios esse, tamen facies similitudinem nullam habere, & contra multos in facie alterutri ex parentibus assimilari, tamen toto celo à temperamento parentum diffare. Respondeo, quod sicut supra etiam annuum, temperamentum considerandum est respectu totius, & respectu partium, atque hac ratione quomodo in moribus aliquando natus si parentibus simili, in effigie dissimili, in una parte cum uno, in altera cum altero conveniat, faciliter reperies; siquidem si temperamentum totius habebit ex patris femine, assimilabitur patri in moribus, & animo, in capite tamen poterit prevalere aliud temperamentum, quod magis convenientat cum temperamento capitinis genitricis, & sic in facie referet genitricem, & tunc filius iisdem morbis tentabitur, quibus tentabatur pater, qui à totius intemperie oriuntur, & poterit etiam aliis tentari, qui à capite

peculiariter oriuntur, quibus mater erat obnoxia; sic etiam & in reliquis considerandum, Hepatis temperamentum simile temperamento Hepatis genitoris filium efficeri iisdem passionibus obnoxium, que ad concupiscentiem spectant, iisdemque morbis, quibus pater subiectebatur; cordis temperamentum simile temperamento cordis genericis filium efficeri iisdem morbis, ac pathematis subiectum, quibus mater erat, sic & ea que ad irascibilem pertinent, & ad vitales facultates similia efficiunt in nato simile temperamentum, qualia in matre conficiebantur. His addo similitudinem unius ejusdemque viri sibi ipsi comparata; nam palam est ex mutatione interni temperamenti occasione atatis, mutationis rationis vice, celi, aut quacunque ex causa mutari effigiem ita ut idem homo sibi ipsi dissimilis existat. Si paulo habitor quam ante fuerit evaserit, & ex tenui pinguis, & carnosior evaserit, aut contra ex carnolo, & bene colorato, tenuis, & male coloratus fiat, hoc pacto Scytha apud Hipp. de aere, aquis & locis, ita ex morbis, aliquid accidentibus effigiem mutant, ut ex masculis in feminas degenerare videantur.

Tandem quid de accidentaliter illa similitudinis causa sentiamus jam aperiendum, dic o ergo, quod 32 naturaliter similitudo à temperie similitume fit; contingit tamen, (sed raro ita ut monstrificum quid potius, quam focus sit judicandum,) ut imaginatio per accidens possit effici similitudinem externa causa, 33 & tunc imaginari mihi industrum quemdam pictorem, qui ex proprio marte figuram colorat, & de pingit; interdum vero non ex proprio marte, sed 34 exemplari aliquo sibi proposito. Naturam pictori ex suo marte pingenti assimilandam puta, quæ non nisi prout à temperamento manu ducitur factum effigit, ac format; candem vero cum frustum aliqui phantasmatis sibi ab imaginatione praesentato simile efformat, pictori similem puta, qui exemplari sibi proposto figura delineat: non aliter enim afficitur ipsa Natura, cum aliquod sibi Phantasma ab imaginatione praesentatur, quam si in pictura idem consipererit Arist. de se. lib. 3. de Anima cap. 3. Quod etiam ante illum firmabat Plat. in Phil. vers. med.

Quia de re jubet Plato. 6. de Leg. in fin. quod lib. 35 berorum generationi operam dantes, etiam imaginatione ad opus se convertant, ut pulcherrimam, & optimam inde prolem reportare possint. sed si omnes homines, ut ibidem ipsi pateretur dicebat, qui communem aliquam actionem tractant, quando & fibi ipsi, & actioni animam advertunt omnia pulchra, & bona efficiunt, ubi vero mentem non habuerint, aut non adhibuerint contra, non video quam ratione jubaret ille, ut imaginationem in coitum phantasmatis occupemus, hoc enim non est Venerae actioni advertere, ex retratione enim spirituum ad sensum commarem, ut aliquid imaginemur, semen spiritibus depauperatum relinquemus, & minus etiam energiam actione illa habebit; unde est, quod parentes optimi, & sapientes filios pravos, & infipientes generant, ut Alex. querit Probl. lib. 1. prob. 28. Quem & inter Iureconsultos citat Tiraquell. de leg. Connub. l. 13. num. 154. nam quia mentem divitius occupant cogitationibus, & imaginationem etiam ad ea currunt, quæ alias illis obversantur, spiritus à femine avertunt; neque referre potest quibulumphantasmatis imaginari fit implicita; nam cum actione illa veneret ad concupiscentem animam partem spectet, imaginatio ad partem principem,

Questio IV.

De Estatibus, & iis que ad etates pertinent.

123

una ab altera impeditur, spiritusque ex unius celebrazione ab aliis distrahantur; omnis enim actio quæcumque illa sit spiritibus egit, si ergo similes, ac optimæ prolis deliderio tenemur, non secus ac bruta totos nos Veneræ actiones tradere, ac ipsius Veneris illecebris nos credere, ac attentos esse necesses est; alioquin five imaginationem una, aut alia re occupies, nihil interest, nam actionem illam concipiendi vel impedies, vel non eo, quo velles modis, proposito fine potieris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Filiationis probatio est difficultis.*
- 2 *Similitudo non facit quem presumi esse filium ejus, cui est similes.*
- 3 *Similitudo provenit ex cogitatione Mulieris tempore cotuus.*
- 4 *Similitudo alio administrativa juncta probat filiationem, contrarium num. seq.*
- 5 *Similitudo deberet semper facere probationem filiations.*
- 6 *Similitudo generat à simili.*
- 7 *Imaginatio immutare potest conceptus effigiem.*
- 8 *Exempla ad probandum similitudinem ex imaginatione proveantur, rejecta.*
- 9 *Similitudo potissimum cum parente major, ac magis conspicua, quam inter ceteros, & cur.*
- 10 *Similitudo potissimum cum parente maior, ac magis conspicua, quam inter ceteros, & cur.*
- 11 *Imaginatio non potest affirmare in hora conceptionis, & cur.*
- 12 *Nihil agere potest in id, quod sibi presentis non est.*
- 13 *Subjectum similitudinis quodnam sit.*
- 14 *Naturaliter similitudo non causatur ab imaginatione.*
- 15 *Imaginatio non agit ex electione.*
- 16 *Similitudinis presumptio multum urgere debet, contrarium num. seq. sic ut num. 18.*
- 17 *Interna similitudo precipue attendenda.*
- 18 *Similitudo non potest ab imaginatione alterari.*
- 19 *Imaginatio non agit in ea, qua suo modo non conformatur.*
- 20 *Quamam ratione imaginatio alterare possit formam facit.*
- 21 *Interna similitudo à Natura semper est.*
- 22 *Interna similitudinis cognitione ex quibus habeatur.*
- 23 *Due conjecturae interna similitudinis.*
- 24 *Mores, & morborum similitudo ab interna forma.*
- 25 *Similitudo morum quomodo probet.*
- 26 *Mores unde.*
- 27 *Natura semper praesertim confutat.*
- 28 *Similitudo morborum, & sanitatis, quomodo probet.*
- 29 *Morbi similes ad similitudinem internam conformatur.*
- 30 *Similitudo externa interna juncta debet facere probationem filiations.*
- 31 *Similitudo uget malum.*

Similitudo an debeat facere conjecturam filiations.

Q V A S T I O IV.

DE similitudine ob argumentum difficultatem, cum jucunditatem longioribus fortasse egimus, quam ad hujuscemodi opens institutum, & ad ipsas Legales materias pertinet; omnia tamen ad

hunc finem unum dirigentes, ut tandem pro ipsis lireconfutis disquiramus, quamnam conjecturam capessere licet filiations ex filiorum similitudine; & quomodo ex hoc filatio probari possit.

Habent ipsi Iureconsulti filiations probationem pro admmodum difficulti, ac pene impossibili. facit l. Quia semper ff. de ius vocand. Glos. in l. Lmns. ff. de condit. & demonstr. & in l. filum. ff. qui sunt sui vel alien. Inv. quam difficultatem cogovis etiam antiquiores testari potest Telemachi dictum apud Homer. Odys. 1.

Carm. Eleg. num. 435, dicens :

*Mater quidem me dicit huius esse, sed ego
Nefcio, nondam enim aliquis sum genitorem ipse novit.*

Hæc tamen difficultas magna ex parte cessaret, si modo apud ipsos lireconfutis similitudine faceret presumptionem filiations, sed contra illi eam conclusionem ratam jam habent, sibolis similitudinem non facere eam presumi ex eo fusile suscepit, cuius similes existit. Gabr. Concl. come lib. 1. concl. 14. num. 7. tit. de presumpt. Ruin. cons. 53. num. 9. vol. 5. Menoch. de Arvir. Ind. lib. 2. cent. 1. cas. 89. num. 97. Maillard. de probat. concl. 792. num. 10. vol. 2. dicunt etenim talem similitudinem prove- 3 nire ex cogitatione Mulieris tempore conceptionis, ita Bart. in l. Gall. ff. de lib. & Poib. num. 14. Mohed. decis. 1. alias 19. num. 2. tit. Qui filii sint legitimi. Ruin. ubi supra num. 9. Maillard. ibid. num. 7. Gratian. Discept. Forens. cap. 567. num. 32. vol. 3. & fact. Theocriti auctoritas Idyll. 17. dicuntis :

Impia enim mulieris animus, semper apud virum alienum,

Et faciles quidem partus sunt, sed liberi nequaquam similes sunt pari.

Verumtamen, licet voluntur DD. similitudinem per se solam non probare filiations, cum alius ad minimis tamē junctam probare: firmarunt, ita Mohed. ibi supra num. 97. (licet ipse contrarium 5 verius esse existimat) Gratian. loco citato num. 29. Marta vol. 153. num. 3.

Ut ergo quatenus ad nostrum pertinet institutum, hujusce rei veritas detegatur, in mentem iis revocatis, quæ in superiori questione de vera similitudine causa attulimus, dicendum videtur, quod si 6 similitudo debet semper, & ubique facere maximam, urgentissimam presumptionem filiations, quia naturaliter ob initii temperamenti convenientiam, quod in feminis reperitur, simile non nisi 7 a simili generatur.

Iure ergo optimo Arist. lib. Politic. 2. cap. 2. communitatem illam filiorum in Republica, quam tantopere desiderat Plat. sua Rep. lib. 5. non solum repuit, sed imbrabat, & tanquam rem impossibilis, ut executioni demandetur non ob aliud existimat, nisi quia semper illi, qui ex natu aliquem visu se refere, ac sibi similem esse observarent, illum pro filio proprio haberent, & acceptarent, non vero ceteros omnes promiscue, atque hac ratione propensi in hunc augesceret, deficeret vero in aliis, & communis rerum defrueretur abique dubio. Quia in summa, naturaliter filii similes nascuntur patribus, quod in infinitis exemplis patet: Homer. Odys. 1.

Minerva ad Telemachum :

Sed age, nihili hoc die & vere enarrato,

Natus ex ipso tantus filius sis Vlysses.

L 2 Vele.

Vehementer enim & capite oculis pulchris similes illæ.

Horat. lib. Od.

Laudantur simile prole puerperæ.

Cæterum tametsi negare non auferim , imaginacionem aliquando immutare posse conceptus effigiem, eamque ab ea , quam fortasse facilius fortinet, similitudine deviare, tamen illud, ut superius annuebam, ita de raro contingere crediderim , ut pro monstrifica potius re, ne pro miraculo dicam, habendum purem, quam fecus : non enim tam facile contingere, ut Legumperit, & cum iis aliis doctissimi viri sibi persuaserunt, ut sola imaginatio in tempore conceptionis ad illud praestandum sufficiat, non nisi ex allatis ab illis exemplis, alii que ex rationibus moveor , ut credam: nam exempla ad ducta à Gratiiano, & ab aliis, & cetera de muliere illa, quam defendit Hippocrates, & de altera quam defendit Quintilian, cuius historia similes omnino est ei, quam recitat Heliodorus. b. lib. & t. & n. & q. & seq. præsumunt enim filium esse illius, cuius est similes. Traq. qui ad hanc opinionem plures adducit. de leg. comm. glof. 7. num. 52. at quoniam obstant multa exempla similitudinis inter ignorantias, & id, quod objicitur, nimis, quod si similitudo facaret præsumptionem aliquam filiationis, aut agnationis, sequeretur omnes similes habere inter se relationem aliquam consanguinitatis, idcirco moderandum dictum nostrum videtur, ac, ut sequitur, interpretandum.

Dicamus ergo, quod non sit standum soli similitudini in filiatione probatio, sed eam cum aliis præsumptionibus etiam levioribus junctam evidenter facere præsumptionem filiationis, vel fraternalis, ob id, quod jam plures repetimus est, quod naturaliter similitudo a rei Natura causam habet, non vero ab imaginatione, ut supponunt. Sed inter præsumptiones, quae adjungit externam similitudinem plurimum operari possunt, est similitudo interna, ex qua, ut supra dixi, etiam animi mores, & cetera multa habentur, haec enim interna similitudo nec potest ab imaginatione ullo modo alterari, siquidem imaginatio non potest agere in ea, quæ suo modo non cognoscit, at non cognoscit interiorēm hanc similitudinem, aut factus naturam, & nullum ex tali, aut simili re elicere potest phantasma, cum non præsentetur exterioribus sensibus, à quibus omnes rerum sensibilium species, &phantasma ipsi præsentantur. si ergo imaginatio per hoc alterat externam factus effigiem, quod Natura ipsi operanti aliud phantasma præsenteret, & hujus exemplari eam uti cogat, & ad ejus phantasma similitudinem propositam sibi femininam materiam effingere, ac delineare, cum non potuerit simile phantasma interna Natura illi præsentare, ut juxta illius similitudinem operari illam impingeret, pater, quod nullo modo potest interna similitudinis causa esse neque ex natura, neque ex accidenti; quoniam hæc interna similitudo a natura cum semper sit, & non ab accidenti, si probari possit adesse, plene cum aliis administriculis filiationem probare poterit. Certum enim est, plures animi propensiones, & affectus à semine parentum una cum corpore haberi, licet de foris adveniat, neque de potentia maternæ eruantur, ut docet catholica veritas, quod etiam notavit Traq. de leg. comm. glof. part. 7. in l. 7. num. 2. apud quem plura de hac morum, vel potius animi similitudine videat, si liber, Iurisperitus.

Verum enim non solum imaginatio in hora conceptionis nihil operatur, sed vix quicquam, nisi rarissime, toto gestationis tempore, nam, ut diximus, naturaliter similitudo ab imaginatione non provenit, quod maxime testantur Historia à Menochio adductæ ad probandum contrarium, ut est historia Herculæ, & Iphicli, & altera ab Arist. in lib. de hist. Animal. & à Plinio etiam narrata; nam in his casibus ambo conceptus debuissent assimilari alteri ex progenitoribus, non autem quisque pro genitori proprio, quia cum imaginatio non agat ex electione, non magis in unum, quam in alij agere debuit, & etiam ex electione ageret, quomodo notum habebat, binos in utero esse, ita ut utrum-

que assimilare, cui magis libitum esset, illa potuerit? hujusmodi ergo historie, si quæ aliae, ut dicebamus, probare possint, naturaliter similitudinem ab imaginatione non provenire, sed ab individuali ipsius feminis natura, quæ nihil aliud est, quam peculiare temperamentum, ut supra probavimus; quod ergo femen ab adultero profectum est, quia convenientiam habebat cum temperamento, & natura adulteri, simile adultero sobolem procreavit, quod vero à Marito simile ob eandem causam fecit Patri.

Multum ergo urgere similitudinem præsumptio- 16 nem, ex his jam palam factum esse credo; & prudenter alias legumperitos statuisse existimo in eo casu, de quo in quæ seq. præsumunt enim filium esse illius, cuius est similes. Traq. qui ad hanc opinio- 17 nem plures adducit. de leg. comm. glof. 7. num. 52. at quoniam obstant multa exempla similitudinis inter ignorantias, & id, quod objicitur, nimis, quod si similitudo facaret præsumptionem aliquam filiationis, aut agnationis, sequeretur omnes similes habere inter se relationem aliquam consanguinitatis, idcirco moderandum dictum nostrum videtur, ac, ut sequitur, interpretandum.

Dicamus ergo, quod non sit standum soli similitudini in filiatione probatio, sed eam cum aliis 18 præsumptionibus etiam levioribus junctam evidenter facere præsumptionem filiationis, vel fraternalis, ob id, quod jam plures repetimus est, quod naturaliter similitudo a rei Natura causam habet, non vero ab imaginatione, ut supponunt.

Sed inter præsumptiones, quae adjungit externam similitudinem plurimum operari possunt, est similitudo interna, ex qua, ut supra dixi, etiam animi mores, & cetera multa habentur, haec enim interna similitudo nec potest ab imaginatione ullo modo alterari, siquidem imaginatio non potest agere in ea, quæ suo modo non cognoscit, at non cognoscit interiorēm hanc similitudinem, aut factus naturam, & nullum ex tali, aut simili re elicere potest phantasma, cum non præsentetur exterioribus sensibus, à quibus omnes rerum sensibilium species, &phantasma ipsi præsentantur. si ergo imaginatio per hoc alterat externam factus effigiem, quod Natura ipsi operanti aliud phantasma præsenteret, & hujus exemplari eam uti cogat, & ad ejus phantasma similitudinem propositam sibi femininam materiam effingere, ac delineare, cum non potuerit simile phantasma interna Natura illi præsentare, ut juxta illius similitudinem operari illam impingeret, pater, quod nullo modo potest interna similitudinis causa esse neque ex natura, neque ex accidenti; quoniam hæc interna similitudo a natura cum semper sit,

23 & non ab accidenti, si probari possit adesse, plene cum aliis administriculis filiationem probare poterit. Certum enim est, plures animi propensiones, & affectus à semine parentum una cum corpore haberi, licet de foris adveniat, neque de potentia maternæ eruantur, ut docet catholica veritas, quod etiam notavit Traq. de leg. comm. glof. part. 7. in l. 7. num.

24 2. apud quem plura de hac morum, vel potius animi similitudine videat, si liber, Iurisperitus.

Sed præcipua difficultas est, quo pacto cognosci debeat hæc interna similitudo, quippe cum externis sensibus eam affequi non faciat, & quamvis, ut verum libere fatear, ea res difficultate non caret, tamen nos posse in ejus cognitionem venire dubius urgentissimus conjecturus mihi videtur, ex mo-

rum duntaxat similitudine, & ex similitudine morborum, & sanitatis, de quibus jam supra mentionem habuimus.

Vtramque eternum hanc morum, inquam, & morborum similitudinem ab interna similitudine pro- 26 venire jam supra probavimus, ut plurimum ergo iracundus iracundus, invitus invitus, superbus superbus, timidus timidus, audax audacem generat; sic etiam & misericors misericordem, castus, temperatus, castum ac temperatum procreat. Et licet, & superiori dixi, ex Homero, aliquando filii malorum ex patribus bonis nascantur, & è contra, & videatur nobis contraria Theognid. sententia in Carm. Eleg. num. 435. dicens:

Sit vero procreari posse, & inferi in homine mens,
Nunquam ex bono Pare effe malus filius.

Quoniam citat Plat. in Menon. seu de virtute.

Tamen dicamus, quod si confert patrem, vel qui 27 pater præsumit fuisse ebrium, iracundum, aleatorum, temere, audacem, vel è contra, & filius, vel qui filius præsumitur, similibus moribus prædictus sit, jam suscipiari possumus, hos inter similes esse quoad interna similitudinem, & sic ex hac parte probata remanebit. quia, ut dixi, similes filii ut plurimum nascuntur parentibus etiam in moribus, quod ex Iureprobato testatur Traq. de leg. comm. glof. 1. par. 7. num. 2. & filii imitantur virtutem parentum. Ceval. in spec. op. comm. contr. comm. quest. 653. num. 2. Grammat. dec. 18. num. 1.

28 Quoniam vero mores plurimum ex consuetudine habentur, & institutione à puro, ex quibus naturaliter propensi immutari videantur, unde est, quod conuentu dicitur altera Natura. Glos. 1. f. quis Posthum. ff. de lib. & Posth. in verbo consuetudo, & ex nostris Gal. 2. de mot. muf. cap. 7. claf. 1. & alibi 29 sœpe, tamen semper ipsa Natura prævalit.

Quam licet expellas furca, tamen ipsa recurrat.

Et ut Pindar. in Olymp. Od. 13. dicebat;

Imposibile, occulte ingens mores.

Quoniam facit Chremes apud Terent. in Heaut. att. 5. scen. 3. confirmans suam uxorem Stratram, ne dubitet negare Clitophonem esse suum filium, quia, inquit,

— Sed quid magis credendum est.

22 Ita quod est consimilis moribus convivens ex te natum; nam tu similes es probe.

Nam illi nihil vesti est velutum quin id itidem sit ribi.

& Arist. Polit. lib. 1. cap. 4. ex universali hominum opinione hac habet. Putant enim, ut ex hominibus hominem, & ex bestiis bestiam, sic ex bonis hominibus procreari.

30 Ceterum ex morborum, & sanitatis similitudine evidenter quoque probari potest similitudo interna: nam filii ex saniis parentibus orti, sani ut plurimum degunt, ex morborum morbo; quin etiam & qui ex parentibus, qui secundum estates sani, aut morbo viixerint, etiam filii nascuntur in insidiis aetatibus istidem, vel similibus morbis obnoxii; sunt insuper alii morbi, qui hereditarii ex nomine vocantur, quod à parentibus in filios migrent, de quibus Fernel. Pathol. lib. 1. cap. 11. ut arthridis, leu articularis morbus, nephritis, epilepsia, & hujusmodi. Si ergo qui pater præsumitur epilepticus erat, calculosis, hepaticus, podagricus, pithicus, & hujusmodi, & qui filius præsumitur epilepsia, calculo, podagra, hepatis discrasia, pithis, aliique morbis, ut ille obnoxius sit, plenissimum quantum permitti

potest ex hoc habere poteris filiationis conjecturam, sequuntur enim tales morbi ad internam similitudinem, hoc est ad temperamentorum convenientiam, quam filios à paterno nomine fortitos esse non dubitandum ex iis, quæ supra adduxi.

Non ergo sic temere de externa similitudine pronunciam, ut non faciat filiationis probationem, si cum interna præsternit conjungatur, quamobrem maxime mihi probatur Gratian. opin. in citato cap. 567. à num. 58 ad plures seqq. qui similitudinem multum urgere, & non levem præsumptionem filiationis facere voluit. Nam filii frequentius, & ut plurimum pares simillimos referunt. Alciat. in l. Quest. alia. num. 6. f. de verb. ing. Ac profecto apud me nunquam bene audiret mulier illa, quæ alteri similem præsternit familiari alicui, ac doméstico, vel suspecto viro filium generaret; recte Catul. lib. Carm. num. 54. in Nuptiis Julie, & Manlii, ita illis auguratur futurum problem. alia 62.

Sit suo similes parti.

Mantio, & facile incisus

Noſtiteris ab omnibus,

Et Pudicitiam sue.

Matris indicatore.

Denique licet satis superque cognoscam apud Legumperitos ea, quæ de probanda interna similitudine attulit, difficilis omnino esse probationis, tamen si ea adducere defitissimum, mancus mihi fuisse videatur, & ipsos absque rationabili causa meis laboribus, qualcunque fint, defraudasse, adducenda ergo tum ob hac erant, tum quia meliora meo iudicio in tam abstruso, ac difficile argumento adduci non poterant, tum etiam quoniam novi aliquid non irrationabiliter contineat mihi videbantur.

S V M M A R I V M .

1 An natus ex muliere, que illico à conjugi obitu alteri nupfit, & non, aut decimo pergit prioris, vel posterioris fit Medicis iudicium requiritur.

2 Prima conjectura.

3 A morbis longis extinguitur virilitas.

4 Morbi generationem impedit.

5 Parvus opinio de calculo laborantibus refellitur.

6 Secunda conjectura.

7 Senex in sexagesimo anno ad generandum ineptus.

8 Tertia conjectura.

9 Quarta conjectura.

10 Odisseus, & malevolentia conjugum generationem impedit.

11 Amor conciliat generationem.

12 Quinta conjectura, quam ampliare potes, ut nu. seq.

13 Femina nascitur tardius, quam males.

14 Sexta conjectura.

15 Similitudo semper facere debet maximum præsumptionem filiationis.

16 Imaginationis vis non tanta est, quanta astimatur.

17 Multa in imaginationem rejicimus, quorum culpa nulla imaginationis est.

18 Similitudo ab imaginatione dependens est ex raro contingentiis, & monstrum quid.

20 Similitudo maxime habere potest locum in hoc casu.

21 Olævia conjectura.

22 Adulti juvenes non nisi firmas generant, qui firmantes mares procreant, & è contra.

23 Ultima conjectura.

Filius mulieris, quæ illico ab obitu conjugis alteri nupsit, & novem, decemve mensium spatio peperit, cuiusnam præsumi debeat.

Q V E S T I O V .

VIdetur igitur hic locus esse, ut eam questionem discutiamus, definiamusque, quam nobis discutiendam, ac definendam remittunt luresconsulti, talem casum effingentes. Mulier quædam, mortua marito, illico nupsit alteri, & novem decemve mensium termino tam à prioris obitu, quam à contracto matrimonii cum posterius, filium, filianam est enixa, dubitat cuiusnam ceuendus sit filius, cum ex utroque pro temporis ratione præsumi possit fusile natu, in eamque rem iudicium nostrum explicant ex iis, quos adducit, & sequitur Surd. de cœl. 83. num. 11.

2 Primo ergo loco dubium non est, quod si prior maritus ex longa infirmitate decesserit, vel per mensem, aut quadragenerium spatium ægrotaverit, filius secundi mariti omnino est præsumendus, facit l. filium. ff. qui sunt sui vel alieni. in. à morbis enim præterit longis virilitas extinguitur sicut ad tempus. Fernel. Patholog. lib. 6. cap. 17. & consequenter etiam potius generandi. Ejusdem etiam ponderis est præsumptio deducta ex eo, quod prior maritus ex aliquo accidenti inhabilis

4 prægresso morbo aliquo detentus fuisset admentem, aut impediens generationem, quales essent morbi genitales partes occupantes, aut illis infervientes, aut etiam principem partem obsidentes, & huiusmodi, qui bene noti sunt in Medicina expertis: non video tamen qua experientia, aut cuius auctoritate doctus Parisi. conf. 29. num. 80. lib. 2. firmaverit, Calculus laborare generare non posse, & esse infecundos; nam ego propria experientia, viros maxime calcululos focundissimos extitisse, inter alios virum novi, qui sexaginta annis major adhuc generabat, & tamen calculo laborabat, ita ut singulis pene mensibus intensissimis ex eo doloribus affligeretur, aquabat eum calculus, qui ex ejus cadavere excisus est, ovi gallinacei magitudinem.

6 Secundo, si prior maritus erat senex, ac præfertim si sexaginta annis major exitisset, secundus vero junior, aut è contra, filius potius junioris, quam senioris est præsumendus; Surd. citat. de cœl. 83. num. 18. Senex enim in sexagesimo anno ad generandum impotens ut plurimum judicandus. Menoch. de Arbitr. Ind. lib. 2. Cent. 1. Cœl. 89. num. 58. & faciunt ea, quae adduxi in tit. 1. de Astatibus quest. 9. à num. 32. ad plures seqq. aptitudo ergo generandi semper præsumi debet magis respectu junioris, quam Senioris, Surd. ibid. num. eodem, limitata tamen utriusque aetate, nam vir quadrangula amorum aprior ad generandum, quam in prima pubertate constitutus; quamobrem de Astatibus generationis habili illud venit intelligentium, licet sola etas ad hoc considerari non debeat, sed infinitus virium robur, ex quo interdum sexagenarius magis habili ad generandum, quam quadragenarius. etas igitur considerabitur, data virium paritate, alias non.

7 Tertio, si non obstante, quod prior maritus esset in aetate habili ad generandum, tamen per longum tempus generare decessisset, ut per octo, aut plures annos (nam si constaret fusile sua natura sterilem, aut nunquam generasse, jam salva res esset) notumque esset non evenire hoc ex defectu ipsius mulieris, quia illa semper fana manferit, nec aliquo difficulti morbo detenta fuerit, ex quo per paucos dies, aut mensis ante mariti obitum convulsione dici posset, tunc filius ex secundo natu esse jucundus est.

Quarto, si constaret, mulierem priorem virum odio semper habuisse, & omnem conjugalem amorem in utriusque pectoribus fusisse extinctum, vel etiam contra, priorem amasse, posteriori vero invitam nupsisse, filius ejus potius præsumendus, quem mulier amat, quam alterius, quia si quid aliud odium, ac malevolentia conjugum generationem impedit potest teste Arist. lib. n. cap. 26. Roder. à Cœl. lib. 3. de mar. ms. cap. 2.

Ex quo supposito sequitur, quod si pateret, mulierem amore ductam, ac Veneris stimulis agitaram secundo marito ante tempus fibi ab honestate permisum nupsisse, ut facile in hoc casu præsumi potest, tuac filium secundi viri esse certo conjectari licet, quia quemadmodum, ut supra dixi, odium impedit conceptionem, sic amor conciliat genitram, & conceptum, Actius ubi sopra, & firmant. II. Medicis omnes in capite de sterilitate, concupiscentie enim muliere, & amore erga virum suum flagrante, os uteri in actu coitus, & in feminis præcipue emissione irruenti virili feminis occurrit, ipsumque atque una ipsius virile membrum amplectitur, ac veluti exagit, unde facile fit concepcionem, ut tradunt omnes Med. Cœl. lib. 8. cap. 5.

Quinto, ultra praedicta ad eam rem comprobantur plurimum faciet dierum compitus, etenim filius nascatur in fine noni, præsumendum est, illum ex secundo natura, si vero in principio alia administrula sunt inspicienda, multum etiam in hac conjectura operabitur differentia sexus, numero dierum adjuncta: si enim feminini sexus fit partus, & edatur noni initio, quantum est ex hoc prioris est judicandus, feminina enim maribus tardius nascuntur, ut pote in fine noni, vel etiam in decimo, faciunt que adduxi Tu. 2. de par. legit. & vit. quest. 2. & quest. 5. in antem nascatur in fine, calus erit dubius, quantum erit ex hoc, & ad alia recurrendum, quod si masculi sexus fuerit, & nascatur in fine noni, ob eandem ipsam rationem secundi censendum est, si in principio, ob id ipsum prioris est judicandus, in singulis vero casibus alia conjectura perquirenda, haec vero conjectura considerata est à Marecione 153, in quo casus haberetur mulieris, quæ ab obitu mariti per mensem, aut paulo maiorem distantiam nupserat, & in septimi initio à matrimonio contracto filium pepererat, quo casu licet forte nullum intervenire posset dubium, quia filius primi mariti esset, tamen ex eo quod pro ratione natu præsumi poterat ex secundo, quia septembris erat, non ab re de hoc dubitabatur; recte tamen prioris mariti fusile eum decidimus est, forte quia fortior erat, quam si septembris fusset, esse debebat.

Sexto, licet, si communis opinione attendamus, similitudo in hoc casu minus, quam in ceteris probare possit filiationem, tamen meo iudicio; & hic

16 hic, & ubique maximam facere debet præsumptionem: neque enim ego imaginationi tantum tribuo, quantum plerique facitant, qui eam liberos parentum arbitrio pulcherrimos effingere posse fibi persuadent, (miror etiam non affirmaverint, ab imaginatione dependere, ut mares, aut femine nascantur) quod si fieri tam facile illud posset, multo plura monstra conspicuerent, quam nunc conficiantur, & pulchriores multo procrearentur liberi, quam nunc procreantur, ut nota Pilpan. Ripa in tr. de noë. supr. cap. 162. num. 41. cum pene innumeris in horas imaginem & in contum, & mulieres dum utero gerunt, & tamen paucissimi sint, qui parentibus omni ex parte diffimiles nascantur. Inimo plura in imaginationem, ut ego sentio, rejicimus, quorum nulla omnino culpa apud illam refidet. Iam cuim experimenta de gigantibus nonnullis animalibus matrum imaginacionem ad subiecta alicuius rei contemplationem allientes, non ita vera esse, quin ut plurimum fallacia sint fortasse iis, qui experti sunt, vel experiri ea volent notum fatis superque erit, sat autem scio, experimentum Iacob. Genet. cap. 30. non omnino naturale existere, neque cuilibet experienti, ut labo resonorum facile adducor, credam quod etiam firmat Thom. Ernst. in disputat. contra Paracels. par. 1. habeo mea sententias fauores D. Chrysostom. & Isidor. quos refer Martin. Delri. lib. 1. Magie. disquisit. quest. 3. & Vainer. lib. 2. de fascin. cap. 7. imo & ipsum Iacob dicentem, Abiitulit Deus gregem patris vestri, & dedit mihi, & nisi fusseret Deus patris mei, vacuum remisisset me.

19 Hujuscemodi ergo natorum similitudines ab i-

maginationis vi dependentes, esse ex raro contingens iterumque iterumque affirmo, & vix multis revolventibus, non dicam seculis, sed annis, simile quidpiam evenire existimo. In hoc tamen casu magis, quam in aliquo alio, maxime habere 20 potest locum imaginatio, nam vel demortui conjugis memoria, vel novus posterior amor multum naturalem figuram alterare poterunt, ita ut natus similis exiit etiam ei, cuius fortasse non fuerit filius.

Septimo potest etiam conjectura aliqua, licet admodum fallax desumti ex hoc, nimis si alter conjugum mares semper generavit, vel semper feminas, ut evenire interdum tradit Arist. 7. de hisp. Anim. cap. 9. tunc enim si prior exempli gratia feminas generabat, & partus masculus sit, secundum viri est præsumendus, sic & de secundo dicendum. Sed hæc, ut dixi, difficulter probabantur, cum videamus multos in juventute non nisi feminas generantes, beneficentes deinde masculos procreare, & vice versa eodem Arist. teste ubi proxime.

Denique non nihil etiam notitiae præstare potest 23 diversitas ferendi uteri; si enim mulier cum utero gereret ex priori marito multo molestari, ac diversis symptomatis confluverat, nunc autem vel nullo modo molestatur, vel diversis accidentibus, si tunc optime habeat, nunc autem multo minus tollerabilem patitur gravitatem, filium secundi viri esse afferendum, licet & hæc conjectura non minus ac superior fatis dubia existat; eas tamen cum aliis nonnullis operari dubium non est; & hæc de superioribus conjecturis, quarum duæ posteriores ponuntur à Codronchio in method. testific. cap. 15.

Tituli Quinti Finis.



PAVLI ZACCHIÆ

Medici Romani

QVÆSTIONES
MEDICO-LEGALES.

Liber Secundus,

C O N T I N E N S

T I T V L O S T R E S,

quorum

Primus est de Dementia,
Secundus de Venenis,
Tertius in ll. aliquot. ff. de Ædil. edict.

Lib. II.

ij.

S A N-

V A P